Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput IIII.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

Venetias non sine magnâ corporis vexatione contendit.

Cap. IIII.

Paululum jam aberat à metâ Theologiæ cursûs, cum ei in Italiam demigrandum fuit. Convenerat jam inter Patres, ut addita ad diem praefixum dies erat ad VIII. Kalend. Februarias anni M.D.XXXVII. Venetias ad Ignatium, qui eò certis de causis antecesserat, se pariter conferrent. Interea dum praestituta profectioni expectatur dies; Carolo Caesare contra Gallos arma ferente, ingens in Gallia bellum exarsit, qui casus constitutum iter maturavit, omissa Theologici cursus conficiendi cura. Ægrè sanè Xaverius, sed tamen sapienter, eam jacturam tulit, haud pulchrius ratus doctrinæ studia Dei causa persequi, quam relinquere. Idibus ergo Novembris alienissimo anni tempore, rebus omnibus, praeter viaticum et scripta, uti convenerat, in pauperes distributis, ex composito simul cum sociis dat sese in viam. Itineris ratio erat talis.

Theologiæ cursum abrumpit non procul à metâ.

Itineris ratio

Vestitus plebeius obsoletusque, sinus [illegible] bacculus et scortea, pauperum videlicet peregrinorum ritu. B. Mariæ Corona, Catholicæ Religionis inter Hæreticos index, è collo suspensa præferebatur; mantica scriptorum [illegible] pendebat ex humero. Solenne erat ad vires animosque ex vitæ laboribus recreandos, cœlesti pane, unico ærumnarum solatio, refici quotidie. Sacrum diversorij committere

committere se Deo, in introitu gratias agere. In ipso vero commentari primum aliquamdiu de divinis rebus, deinde cum comitibus colloqui. Itineris labores ac molestiam canendis invicem hymnis, psalmis canticisque spiritualibus identidem levare. Hoc potissimum modo per Lotharingiam ac Germaniam, bellici tumultus declinandi causâ Italiam petens, autumnales Galliae imbres, hyberna frigora Germaniae pertulit. Et quanquam pedestri itineri nequaquam assuetus: tamen ultro susceptis omnibus per frigida tempestate, teterrimis nivibus ac saepe viae obsitis, glacieque concretis (Alpes quippe superaverant, perpetuo rigentes gelu;) tamen adeo longinquum arduumque iter pedes ingredi et exsequi statuit. Accedebat ad itineris omnis, viaeque asperitatem voluntaria quidem sed acerba corporis afflictatio, tantum animi ad incommoda laboresque supererat.

Voluntaria in itinere corporis afflictatio.

Antequam viae committeret se, sive animi ad patientiam exercendi, sive edomandi corporis studio incertum, et crura dein constrictos habebat funiculis: qui iam ob necessariam in domesticis officijs corporis agitationem, intumescente circum cute, arctius foedum in modum inciderant. Tantus autem patiendi amor animique vigor fuit, ut viam non minus longam quam asperam ingredi tum nudis pedibus, demere sibi

tā saua

tam sæva neglexerit incola. Ergo cum id
civitatem sua sponte prætereuntibus acce-
pisset iter perdeprae ac difficile; necessario
etiam ad furculorum incitamenta accessit
vel plurimum. Ille tamen non in suscipien-
dis, quam in perferendis ærumnis for-
tior, spreto non solum dissimulato dolo-
re pergebat. Quippe cum similiter, ut
ceteras, quas expertus erat, corporis vexa
tiones, sperabat posse usu et consuetudine
mitigari. Ceterum cum non modo in dies — Ex vexatione corporis deficit in via
sed in horas cresceret atrociter illorum
acerbissima, fiducia in solitudinem versa
non ille quidem animo, sed viribus deficere
cœpit. Ad extremum igitur, postea quam
nec dissimulare, nec ferre ultra vim po-
terat mali; recurrit ad socios suos
benigne rogat sibi ut ignoscant: se qui-
dem præ defatigatione eo redactum
ut non valeat iam movere vestigium. Mi-
rari illi primo subitum fervidi hominis lan-
guorem: inde ubi pallor ori suffusus inte-
rioris mali magnitudinem indicavit, defici-
entem concipere, sciscitari quid tandem
accidisset novi. Tum Tornacensis recepto
paulisper spiritu, quem intercluserat dolor,
recorrans rem totam urgentibus aperit.
Quorum cum illi patuit vicem dolentes,
etiam suspicientes virtutem, hortantur, ut
quam commodissime interquiescat, quoad
paulisper vis tanti remittat mali. Ubi
satis quievisse visus est, et aliquid roboris
se virium, pedetentim eum ad proximum
hospitium

hospitium deferunt, confestimque medicum
adhibent: qui affecta membra diu multum-
que contemplatus, tenere pronuntiat, vincula
iam dissolvi non posse, nodum indici. Nodos
autem, etsi applicant atque urant, utcum-
que tamen effecisse talia, ut dissolvi dissecarique
nequeant sine acerbissimo sensu doloris.
Igitur si quia morbus auctum; morbi eo u-
sque consuetudinem vincebat: attonitus ac
stupens similis aliquamdiu haesit: ad ulti-
mum parum prosperae curationis even-
tum veritus, nullis Francisci aut sociorum
precibus perpelli potuit, ut aegri mem-
bris tanto cum periculo admoveret ma-
nus: ita re non modo infecta, sed etiam
intentata recessit. Ingens Patres sollicitudo
incesserat, anxios non de Francisci tantum
salute, sed de ratione quoque communis i-
tineris, cui magno cum omnium incommodo
intempestivus ille socij comitisque morbus
obstabat. Et Francisco haud levior socio-
rum sua causa haerentium erat cura,
quam sui. Ergo omnes pariter ab
humana ope ad Divinam versi, Caelestem
medicum pro se quisque suppliciter implo-
rare, superosque omnes deprecatores adhi-
bere. Nec supplicatio irrita fuit. Supple-
vit medici vicem Deus, et desperato morbo
fecit subito medicinam. Mirum dictu, po-
stridie mane Franciscus surgens reperit
funiculos omnes distractos excidisse: tumorem
resedisse omnem: nihil ex tanti mali [illegible]
tuto praeter indicia mali funiculorumque
vestigia, remanere. Tum vero [illegible] admirabundi

nec sum(?)

Desperato eius morbo deseritur a medico.

Divinitus re-pente sanatur.

nec suam magis quàm comitum vicem lu-
ctur cælesti Numinis magna voce gratulari.
Accurrunt socij novæ lætitiæ causam re-
quirentes, recognita, omnes haud dubio
miraculo obstupefacti certatim simul
gratesque Deo statim pro eo agere et
tenderes ad cælum manus, mandebantque
præ gaudio lacrymas, præcipuam cælestis
potentiæ providentiam, eximiamque in ipso
temporis articulo benignitatem afferre cœ-
perunt. Inde repetito itinere, successu læti,
se ad operam benigno Domino navandam
multis viribus accendunt. Ac toto illo
itinere, ut semper antea, Francisci præcipuè
ministrandi socijs, inserviendique studium
et alacritas enituit. Nam cum omnes in-
ter se summa vi, hoc unum inter eos cer-
tamen erat, officijs et demissione certarent,
Xaverius fervore animi ardore, sive carita-
te, reliquos facilè vincebat. Nec plus
in commoditate sociorum, quàm in aliorum
salute curanda, sedulitatis erat [illegible].
Ubicunque se offerebat occasio proximos
consilijs, monitis, exemplis juvandi, arripi-
ebat eam avidissimè: ultro etiam, si res
sineret, ipse captabat. Neque is labor inanis
fuit, Catholicorum plures ad honestam
vitam revocari; nonnulli hæreticorum ad
sanitatem viamque veritatis reduxit; quæ-
cunque enim [illegible] sanctitatis ve-
stigia impressa, quæ hæreticis spectandu
Catholicis etiam exemplo forent. Itaque
sæpe etiam usu venit, ut hæreticis ipsi in

[illegible]

Ministrat socijs in itinere

In via proximos iuvat.

Hæreticorum animos mitigat

ctimonia admiratione capti, comites illis
mox sperarent itinera; eorum denuntiarent
difficultates itineris duras, ubi usque erat
cernet sua sponte praeberent. Adeo
vera ac germana virtus emicat, et immanes
quoque homines admonet humanitatis.
Franciscus igitur omnibus viam incommo-
dis ac periculis perfunctus, superis morta-
libusque faventibus ad VI. Idus Ianuarii
ac anni sequentis incolumis una cum
comitibus Venetias pervenit. Ubi Ignatium
Loyolam reperit, dulcissimos socios filiosque
avidissime operientem. Sequuntur consalu-
tationes laetissimae, complexusque, Socie-
tatis more, summae benevolentiae indices.
Ea laetitia praeteritorum laborum memoriam
abstersit omnem.

Venetijs dat operam valetu-dinario insanabilium, inde Romam ad Pontificem adit

Cap. V.

Communi iam in consilio Patres decre-
verunt proficisci Romam, ut a Pontifice
Maximo peterent potestatem manendi suo
iure arbitrioque Hierosolymis Evange-
liique praedicandi. Placuit igitur, dum saevitiem
hiemis frangeret, Venetijs quasi tyrocinium
futurae militiae ponere. Ergo Patribus
publica valetudinaria tanquam provincias
inter se comparantibus, Franciscus aegrorum
insanabilium curationem, optatae suae virtu-
tis materiem sibi ipse deposcit. Nec minore
animi